

125. reiectis 7. supersunt 6.
 quæ addita ad 0. nimirū ad
 residuū, q̄ remanet si ex 21.
 residuo extractionis abijci-
 antur 7. faciunt 6. Et quoniā
 supersūt etiā 6. si ex numero proposito abijci-
 antur 7. rectius inuenta est radix cubica.



Quod si multiplicetur radix inuēta 635. cu-
 bicè, hoc est primū in se, deinde in productū,
 numeroq; genito addatur residuū 21. procrea-
 bitur propositus numerus, ex quo radix eruta
 fuit.

APPROPINQVATIO RADICVM IN numeris non cubis.

Caput XXIX.

Appro-
 pinqua-
 tio radi-
 cis cubi-
 ce.

VT ex numeris, qui Cubi nō sunt, propin-
 qua radix eruatur, non est ad hanc vsq;
 diem inuenta via magis accurata, quā
 ea, quam in Geometria Practica lib. 6. cap. 20.
 demonstrauius, quæ est eiusmodi. Numero
 proposito apponantur aliquot ternarij Cifra-
 rum (quo autem plures Cifrarum ternarij ap-
 ponentur, eo propinquior radix eruetur) & ex
 toto hoc numero radix cubica extrahatur, vt
 traditum est. Deinde ex ea radice abiectis ad
 dextrā tot figuris quot Cifrarum ternarij ap-
 positi fuere, reliquæ figuræ radicem integram
 dabunt, cui addenda est fractio numerato-
 rem habens figuras abiectas, denominatorem
 vero vnitatē cum totidem Cifris, quot ternarij
 Cifrarum additi fuerunt, nimirum 10. si v-
 nus ternarius fuit additus vel 100. si duo ter-
 narij